

ANNO 1753.

BEATIFICATIO

Ven. Servi Dei JOSEPHI A CUPERTINO Sacerdotis Professi Ordinis Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

TERNUS DEI FILIUS, est ante Mundi originem, Patri coequalis, aequae semper regnaverit, in plenitudine tamen temporum ideo apparuit patefactus in carne, ut juxta Prophetarum vaticinia, collapsa reedificando, & diruta instaurando, Regnum suum in ultimos usque Terrae fines contra antiqui hostis tyrannidem erigeret, & stabiliret. Quicumque igitur in hoc Regno, quod ex omnibus Linguis, & Populis colligendum erat, tamquam Cives adscribi satagant, illud violenter expugnare, & assequi debent; cum hoc perpetuum edictum, & in omnem vitam ipsis promulgatum voluerit Christus Dominus, quod ignem venerit mittere in Terram, & quod nihil aliud peteret, nisi ut accenderetur, & arderet. Hoc solo Coelesti igne mentes hominum undequaque instaurantur, cum ardore Spiritus Sancti afflatae & succensae, terrenis cupiditatibus compressis atque devictis, in Dei amorem rapiuntur, atque in similitudinem, imaginemque ejus conformantur.

Commemorantur virtutes Beati Viri.

1. Divinae hujus potentiae locupletissimum Testem habemus in Venerabili Servo Dei JOSEPHO A CUPERTINO Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum Sacerdote professo, qui, cum in hoc Christi Regno ejus servituti se devoverit, veterem exiit hominem, & novum induit, & Duce, & Antesignanum Franciscum; per altissimam paupertatem, per omnimodam suis abnegationem, per orationis instantiam, per Crucis meditationem, per ardua silentia, & per longas inediae imitari contendit. Verum cum penitus intellexisset, quod etiam si tradidisset corpus suum, ita ut arderet, nihil illi prodesset, nisi charitatem habuisset; hinc factum est, ut in hoc primo, maximo Deum diligendi mandato, cogitationes omnes, omnesque vires enixe conferret. Ex hac intima cum Deo unione adeo cor ejus Divinae charitatis igne corripiebatur, & incredibili interna dulcedinis amore totum deflagravit, ut in ecstases, & raptus aliquando erumperet; & cum Incola teneretur in Terra, prae vehementissimo Dei sui desiderio, tamquam domesticius haberetur in Coelis. Quapropter ejus nomen omnium sermone celebrari cepit, quod nec inaccessa loca, nec secretiora cubicula, in quibus quandoque moram haberetur, fel. rec. Clemens PP. XII. Praedecessor Noster decimo octavo Kalendas Septembris anni MDCCXXXV. in gradu heroico constituit eas esse pronuntiavit. Porro coram Nobis ad universalis Ecclesiae regimen Divina miseratione vocatis, cum de Miraculis discerneretur, non absque supremo consilio factum esse censuimus, ut ea ipsa die, videlicet die decima nona elapsi Septembris, Generalis Congregatio super hac re coram Nobis coereretur, qua Venerabilis Dei Servus sexagenario major, meritis cumularum, mortalitatem explevit in Terris, & immortalitatem inchoavit in Coelis. Duo ex Miraculis, quae discutienda proponebantur, Consulorum suffragiis, & Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. praefatae Cardinalium sententiarum consentientibus, probanda esse censuimus; & Decretum super eisdem Nostrium proferre, & promulgare volumus ad Sancto Franciscum de Assisio sacra, postquam ad ejus Aram revoluti in Basilica SS. XII. Apostolorum de Urbe, Om-

Approbitio Virtutum in gradu heroico.

Item Miraculorum.

nipotenti Deo Hostiam placationis obtulimus; quam diem cum in finem delegimus, ut Sanctitatem in hac Franciscana Familia a Seraphico Parente suo inventam, uberrimo Ecclesiae proventu, in ejus Alumnis in dies adulescere, novis atque mirificis argumentis constaret.

3. Quapropter precibus tandem Regum, Episcoporum, aliorumque Principum, necnon dilectorum Fratrum Fratrum Minorum Conventualium Paterna clementia annuentes, de ejusdem Cardinalium Congregationis consilio, & assensu, auctoritate Apostolica, tenore praesentium indulgemus, ut idem Dei Servus JOSEPH A CUPERTINO in posterum BEATI nomine nuncupetur: ejusdem Corpus, & Reliquiae Venerationi Fidelium (non tamen in Processionibus circumferendae) exponantur; Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur; ac de eo quotannis die decima octava Septembris, quam diem pro ejus Felicitate celebranda praefiximus, sub ritu duplici minori, recitetur Officium, & Missa de Communi Confessoris non Pontificis, cum Oratione a Nobis approbata, juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani; Recitationem autem Officii, & Missae celebrationem hujusmodi fieri concedimus tum in proprio Minorum S. Francisci Conventualium Ordine, in quo solemniter emissa Professione usque ad obitum permansit; tum in Ordine Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci Cappucinatorum (inter quos per aliquot annos commoratus est); ac de Observantia, Reformatorem, Recollectorum, & Excalceatorum, ac Tertii Ordinis nuncupatorum; tum in Oppido Cupertini, in quo Vir Dei in lucem prodivit, ac in tota Dioecesi Neritonensi; in Nostri etiam Civitatibus Assisi, illiusque Dioecesis Feretranae, Forosempronii, & illius Dioecesis, quae loca suo incolatu, ac virtutibus illustravit; cum denique in tota Dioecesi, & Civitate Auximana, in qua ipse obdormivit in Domino; tum apud Archiconfraternitatem sub invocatione S. Antonii Patavini in eadem Basilica SS. XII. Apostolorum de Urbe, & Confraternitatem S. Stephani in Civitate Assisina canonice erectas, in quas cooptatus fuit; ab universis Christianis tam Regularibus, quam Saecularibus; qui ad Horas Canonicas tenentur, & quoad Missas attinet, etiam ab omnibus Sacerdotibus in Ecclesiis, in quibus Festum peragitur, consensibus. Praeterea primo dumtaxat anno a datis hinc Literis, in Ecclesiis Fratrum Minorum Conventualium, ceterarumque Franciscanarum Familiarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & Dioecesium Archiconfraternitatis, & Confraternitatis hujusmodi, solemniter Beatificationis ipsius Servi Dei cum Officio sub ritu duplici majori, & Missa, die ab Ordinariis respective constituta, postquam in Basilica Nostra S. Petri in Vaticano peracta fuerint Solemnia, nempe die vigesima quarta currentis Mensis, celebrandi facimus potestatem.

4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Decretis de non cultu &c. editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem praesentium Litterarum transcriptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Secretarii dictae Congregationis Cardinalium subscriptis, & sigillo Praefati ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique locorum, tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel offensae.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XX. Februarii MDCCCLIII. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

D. Card. Passioneus.

CON-

PONT. A. XIII.

CONFIRMATIO.

Et innovatio Privilegiorum, Gratiarum, & Jurium, Militaris & Hospitalis Ordinis SANCTI JOANNIS JEROSOLYMITANI: Cum aliquibus declarationibus, & ampliacionibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

INTER illustra Religiosae Professionis Instituta, quorum concordia varietate circumdata niest Ecclesia Christi, decet Nos Hospitalium Militiam Sancti Joannis Jerosolymitani specialis benevolentiae affectu complecti, quae in charitate fundata, virtute roborata, sub Omnipotentis Dei protectione, adjuvantibus Praedecessoribus Nostri Romanis Pontificibus, ac Religiosis Principibus, cunctisque Populis Christianis omni ope adnitentibus ad summum splendoris & gloriae fastigium pervenit; dum generosi illius Fratres, & Milites, animo ad pietatis officia demisso, ad belli munera invito, Christianidelibus humile hospitalitatis ministerium, ac strenuum defensionis praesidium pari studio praestantes, novo & inaudito exemplo, miram declarant vim Religionis Christianae; quae pietatem armis faciat, bellum cum charitate conjungit, ac viros exhibet castra sequentes, Evangelicae perfectionis disciplinam, pro militari Sacramento, solemniter rite professentes. Horum operam universae Christianorum Reipublicae, & Apostolicae Sedi apprime utilem cum saepe iisdem Praedecessores Nostri agnovissent, tum etiam Nos ipsi non una in re experti sumus; adjectis insuper ex parte Dilectorum Fratrum ejusdem Militiae Magni Magistri, & Conventus, perspicuis in nos obsequiis & observantiae argumentis, ac recurrentibus mutuis erga illos amoris Nostri officiis & significationibus. Cum autem ipsi de perpetua firmitate Privilegiorum & Indulgentiarum jam pridem ab hac eadem Apostolica Sede, ac etiam recenter a Nobis ipsis, eidem Militiae concessorum, tam pro eorum Ordinis dignitate & utilitate, quam pro felici & libero inductorum sibi munerum exercitio, in commune Christianae Rei bonum, merito solliciti, plurimum optaverint, eadem per Nos recognita & recensita, novo confirmationis Nostrae munimine roborari, ac scibi opus fuerit, declarari & ampliari; Nos eorumdem supplicationibus inclinati, plerisque Praedecessorum Nostrorum Litteras & Concessiones, favore Hospitalis ejusdem Sancti Joannis Jerosolymitani, atque illius Militiae & Personarum, diversis temporibus emanatas, Nobis representari iussimus; ac diligenti praemisso examine, easdem partim in genere, partim distincte & expresse, sub ea forma, quam praesenti temporum conditioni, & ejusdem Ordinis ac Militiae statui, magis aptam judicavimus, confirmare, innovare, seu respective declarare, & ampliari, ac etiam ex integro, ut infra, statuere & indulgere decrevimus.

Tonitruum praemisso examine vocis illius Ordinis.

1. Itaque de Apostolica auctoritatis plenitudine, & ex Nostra certa scientia, eosdem Dilectos Filios praedictae Hospitalis Militiae Magnum Magistrum, nec non Bajulivos, Priores, Castellanos Empostae, Praeceptores, Milites, Fratres, Cappellanos, Donatos, & Servitores, omnesque & singulas dicti Hospitalis & Militiae personas, a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis in ipsis adversus contravenientes indictas, & earundem praesentium serie approbamus, laudamus, ratificamus, confirmamus, ac etiam de novo concedimus, ac respective statuimus; omnesque & singulos defectus, si qui forte in eis intervenerint, dictae auctoritatis Nostrae plenitudine supplentes, praedicta omnia & singula valida & efficacia existere & fore, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, in quosque debitos effectus fortiri, ac pro tempore existentibus Magno Magistro, Bajulivis, Prioribus, Castellano, Praeceptoribus, Commendatariis, Militibus, Priori, Cappellanis, Donatis, Servitoribus, Vassallis, atque Colonis praedictis plenissime suffragari.

Bullar. Rom. Benedic. XIV. Tom. IV.

quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores Nostros, & Sedem Apostolicam, seu alia quaecumque auctoritate, favore ejusdem Hospitalis, ac Militiae, eorumque Magni Magistri, & Conventus, ac personarum hujusmodi, nec non Locorum, bonorum, ac rerum, sub quacumque forma editarum, tenores & datas praesentibus pro sufficienter expressis, ac etiam inferitis habentes; Omnia & singula Privilegia, Immunitates, Exemptiones, Prerogativas, & alias quascumque gratias, concessionis, facultates, favores, & indulta, terram, mareque concernentia, eidem Hospitali, & illius Militiae, Prioratibus, Castellanae Empostae, Bajulivis, Praeceptoribus, Domibus, Hospitalibus, Administrationibus, Officiis, Ecclesiis, Cappellis, Oratoriis, Locis, & Membris quibuslibet, ac pro tempore existentibus Magno Magistro, & Conventui, dictaque Militiae Fratrum Militibus, Professis, atque Novitiis, nec non Priori Ecclesiae, Cappellani, Donatis Servitoribus, Vassallis, atque Colonis, ac dictos Prioratus, Castellaniae, Bajulivias, Praeceptorias, Domos, Administrationes, Officia, Ecclesias, Cappellas, & Membra praefata obtinentibus, per eosdem Praedecessores Nostros Romanos Pontifices, ac dictam Sedem, seu per Nos ipsos, usque in praesentem diem, in genere, vel in specie concessa & elargita, seu per eosdem a pro tempore existentibus Imperatore, Regibus, & Principibus, aliisque Christianidelibus obtenta, quatenus sint in usu, nec sint expresse revocata, aut Concilii Tridentini Decretis, & dictae Sedis Apostolicae Constitutionibus, nec non aliis Ordinationibus, in quibus de eadem Militia Hospitali expressa mentio fiat, seu praesentium Litterarum Nostrearum tenore, adversantia; Indulgentias quoque, & peccatorum remissiones, aliasque spirituales gratias, hactenus eis per dictos Praedecessores Nostros, seu per Nos ipsos, concessas; praesertim Plenariam semel in vita, & in mortis articulo; pro eis eorumque Servitoribus, & Ministris, contra infideles & Christianae Reipublicae hostes pugnantibus, a fel. rec. Praedecessore Nostro Sixto Papa IV. aliasque Indulgentias pro visitantibus Domos, Ecclesias, seu Cappellas ipsius Hospitalis, ab eadem Sede Apostolica diversis temporibus elargitas, servatis tamen earundem concessionum temporibus, conditionibus, & formis, ac dummodo non sint revocatae, seu sub aliqua generali revocatione comprehensa; Praeterea fundos, agros, possessiones, domania, praedia, jura, decimas, fructus, redditus, proventus, aliaque mobilia, & immobilia bona, sive in terra, sive in mari existentia, & ad Hospitalia, Prioratus, Castellaniae, Bajulivias, Praeceptorias, aliaque membra hujusmodi in genere, vel in specie spectantia; Jurisdictiones quoque, etiam spirituales Ordinarias & quasi Episcopales in Clerum & Populum, si quibus in Terris, Locis, atque Districtibus eadem ipsi competere dignoscitur; Insuper omnia & singula laudabilia stabilimenta, ordinationes, & decreta, in Capitulis Generalibus ejusdem Militiae, tam ante annos, usque in praesens celebratis, condita & edita, quae scilicet in usu esse dignoscuntur, ac in iis tantum partibus, in quibus praedicti Concilii Tridentini, ejusdemque Sedis Constitutionibus, & Ordinationibus, & praesentium Litterarum tenore, contraria non sint, illorum omnium tenores praesentibus praesertim pro expressis, ac de verbo ad verbum inferitis habentes; nec non sententias, censuras, & poenas in ipsis adversus contravenientes indictas, & earundem praesentium serie approbamus, laudamus, ratificamus, confirmamus, ac etiam de novo concedimus, ac respective statuimus; omnesque & singulos defectus, si qui forte in eis intervenerint, dictae auctoritatis Nostrae plenitudine supplentes, praedicta omnia & singula valida & efficacia existere & fore, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, in quosque debitos effectus fortiri, ac pro tempore existentibus Magno Magistro, Bajulivis, Prioribus, Castellano, Praeceptoribus, Commendatariis, Militibus, Priori, Cappellanis, Donatis, Servitoribus, Vassallis, atque Colonis praedictis plenissime suffragari.

ANNO 1753.

Confirmatio generalis omnium privilegiorum &c.

Item Indulgentiarum.

Ac honorum fructuum &c. dictum Ordinem partem annuam 1554. dictum annum usque ad praesens celebratum.

Stabilimenta eorum quorum Ordinem ante annum 1554. dictum annum usque ad praesens celebratum.

E

ANNO 1753.

talibus, ac illius Militum, seu Mensæ applicari, pro illis necessitatibus subleuandis, ac tuitione Fidei adversus Christianæ Reipublicæ Hostes, aliisque oneribus Hospitali prædicto incumbendis, impendi deberent; ac insuper Prioratus, Castellaniæ Empolæ, Bajulivias, Præceptoris, & alia illius Beneficia quæcumque, pro tempore qualitercumque obtinentes, certas responsiones, ac ordinarias, & extraordinarias impositiones eidem communi Erario annis singulis solvere tenerentur; ipsique Prioratibus, Castellaniæ, Bajulivias, Præceptoris, aliisque Beneficiis hujusmodi per obitum seu alias quomodocumque vacantibus, illorum fructus, redditus, & proventus, prout in uno, vel altero anni tempore vacaverint, usque ad certam respectivè diem eidem Erario cederent; Volumus in posterum nullas omnino exemptiones ab hujusmodi solutionibus cuiuslibet indulgeri, & quatenus concedantur, ex nunc decernimus & declaramus, eisdem nullius roboris & momenti fore & ceteri debere; sed, non obstantibus futuris forsitan Indultis & gratiis hujusmodi, etiam quibusvis clausulis, & derogationibus munitis, omnes & singulos Prioratus, Bajulivias, Castellaniæ, Præceptoris, & alia Beneficia hujusmodi, seu illorum membra, & ab illis dependentia obtinentes, & in illis regressus, accessus, coadjutoris, & alias gratias quavis etiam Apostolica auctoritate concessas habentes seu illorum fructus, & proventus, aut alia jura loco pensionis annuæ, vel pensiones ipsas super eorumdem fructibus, redditibus, & proventibus forsitan impositas, & imponendas percipientes, cuiuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis existant, ac etiam Cardinalatus honore præfulgent, pro rata fructuum, & pensionum earumdem, de omnibus & singulis annatis, vacantibus, mortuariis, & aliis quibuscumque jurebus per eos dicto communi Erario quomodolibet debiti satisfacere debere; nec etiam vigore Indultorum, gratiarum, & derogationum hujusmodi, a solutione & præstatione fructuum, censuum, passagiorum, annatarum, vacantium, & mortuorum, aut aliorum quorumcumque jurium, seu responsionum, aut ordinariorum vel extraordinariorum impositionum, dictorum stabilitum & privilegiorum vigore debitorum, in toto vel in parte se eximere, vel liberare, aut alias communi Erario Hospitalis hujusmodi, seu illius jurebus in aliquo præjudicare posse, seu præjudicatum ceteri; sed omnes & singulos prædictos de cetero, etiam hujusmodi gratias & derogationes pro tempore habentes, ad exhibitionem & relationem fructuum, ac pensionum hujusmodi eidem communi Erario faciendam, teneri & adstrictos fore, & ad id etiam per censuras & penas Ecclesiasticas, aliisque opportuna juris & facti remedia, cogi & compelli posse.

§. 13. Bonorum autem & jurium ejusdem Hospitalis perpetuæ conservationi tutius consulere volentes, quascumque donationes, concessiones, locationes ultra tempus in præfatis ejusdem Militiæ stabilitis permissum, & investuras, & alias alienationes bonorum immobilium, seu censuum, reddituum, jurium, & jurisdictionum ad Prioratus, Castellaniæ Empolæ, Bajulivias, Domos, Hospitalia, Beneficia, & loca Hospitalis hujusmodi pertinentium, in illorum læsionem, injuriam, vel detrimentum, & alias sine consensu & expressa licentia Magni Magistri & Conventus prædictorum, etiam per personas dictæ Religionis faciendas, etiam cum renunciationibus, patris, juramentis, & penis desuper impositis, & adjectis, ac instrumentis & Litteris desuper concessis, quacumque etiam longi temporis præscriptione, seu pacifica possessione, & detentione non obstantibus, ipso jure nullas, nulliusque roboris vel momenti existere & fore, decernimus & statuimus; ac census, redditus, jura, jurisdictiones, & bona alienata hujusmodi, seu per quoscumque etiam Sæculares occupata, usurpata, & detenta, ad jus & proprietatem dicti Hospitalis, seu illius Prioratus, Bajuliviarum, Præceptoriarum, aliorumque Beneficiorum, ac membrorum reducimus, illudque & illa adversus alienationes, investuras, occupationes, & detentiones hujusmodi, in integrum, ac in pristinum, & eum statum, in quo

Revoctio alienationum bonorum Ordinis ab illis in Magni Magistri & Conventus faciendarum

Revoctio alienationum bonorum Ordinis ab illis in Magni Magistri & Conventus faciendarum

Revoctio alienationum bonorum Ordinis ab illis in Magni Magistri & Conventus faciendarum

antea erant, restitimus, reponimus, & plenarie re-integramus, illarumque detentores, cuiusvis Dignitatis, status, gradus, ordinis & conditionis existentis, ad illorum restitutionem, dimissionem, & relaxationem, per censuras Ecclesiasticas, & alia jura remedia, cogi, & compelli posse volumus. Similes vero alienationes de cetero, sine licentia, & expresso placito dictæ Sedis, nunquam absque evidentis ipsius Hospitalis utilitatis cognitione, & expresso Magni Magistri & Conventus prædictorum consensu concedendis, sub excommunicationis lætæ sententiæ, & privationis Beneficiorum per eos obtentorum penis, per contrafacientes eo ipso absque aliqua declaratione incurrentis, ac nullitatis omnium aliter gestorum, fieri districte prohibemus.

§. 14. Jam vero liberam quoruncumque Officiorum & Beneficiorum Regularium ipsius Militiæ, nec non reddituum & emolumentorum eisdem annexorum dispositionem, atque dispensationem pro meritis & justitia faciendam, eidem Magni Magistro, & Conventui, seu aliis ad quos, juxta statuta, consuetudines & privilegia Militiæ hujusmodi, pertinere dignoscitur, asserere etiam, & confirmare volentes; pensis illis, quæ olim sel. rec. Innocentio Papa VIII. Prædecessor, quoque Noster eidem indulgit; simili auctoritate, ac præsentium tenore, Prioratus, Castellaniæ Empolæ, Bajulivias, Præceptoris, Cameræ, ceteraque quomodolibet nuncupata ejusdem Militiæ Hospitalis Officia, Beneficia, & Membra Regularia quæcumque, nunquam de cetero perpetuis futuris temporibus, sub quibusvis generalibus vel specialibus reservationibus Apostolicis, etiam per Regulas Cancellariæ Apostolicæ factis, & quas pro tempore fieri contingat, de Beneficiis Ecclesiasticis etiam apud Sedem prædictam pro tempore vacantibus, nec sub quibusvis Litteris dictæ Sedis, aut Legatorum ejus, utpote vere Regularia, & non collativa, ac etiam ad Hospitalitatem, & Fidei tuitionem ordinata, ulatenus includi, seu inclusa & comprehensa ceteri, nec reservata vel affecta existere, aut hujusmodi reservationum, seu regularum, aut Litterarum vigore, per quempiam acceptari, seu alicui de illis provideri posse, decernimus, & declaramus; sed quoties per ea obtinentium cessum vel decesum, seu etiam per resignationem in manibus Nostri, & Successorum Nostrorum Romanorum Pontificum factam, Commendæ vel deputaciones ipse pro tempore qualitercumque cessaverint, seu vacare dicantur, tam in Romana Curia, quam extra eam; toties per pro tempore existentem Magni Magistram & Conventum prædictos, seu per alios ejusdem Ordinis ad id facultatem habentes, & non alium, seu alios, juxta stabilitam prædictam, ejusdemque Hospitalis consuetudines, usus, & naturas, & illi concessa Privilegia & Indulta, Fratibus dicti Ordinis, in administrationem & Commendam, ut moris est, ita ut nunquam Beneficiorum collatorum naturam assumere, nec ab ea obtinentibus in titulum perpetui Beneficii Ecclesiastici retineri, aut, ipsius cedentibus vel decedentibus, ex eorumdem personis vacare censeantur, de ipsis disponi, & provideri, volumus, concedimus; & respective statuis: Nec non reservationes, ac provisiones, collationes, commendas, deputaciones, uniones, & quascumque alias similes vel dissimiles dispositiones, quacumque ratione vel causa, etiam motu & scientia similibus, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam per Nos, aut Successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, seu per dictæ Sedis Legatos, auctoritate Apostolica, aut alia quacumque, & quomodocumque faciendas, nullius penitus roboris & momenti existere, & haberi proferus pro infectis; quæque per alios, quam per dictos Magni Magistrum & Conventum, aliisque ipsius Ordinis, ut præfertur ad id facultatem habentes, fieri contingat, illis, quibus sic fierent, nullum jus, nullumque coloratum titulum possidendi tribuere, eos, quos ad omnes effectus, etiam Nostre & Cancellariæ prædictæ Constitutionis & Regulæ, de triennali præfatore non molestando, pro meritis Detentoribus sine titulo haberi & reputari. Nec non omnes & singulas expectativas, antantitates, mandata de providendo, seu Coadjutorum deputaciones, etiam

Exemptio Commendarum & Officiorum Ordinis tamquam non collatorum, a quibusvis reservationibus & affectibus Apostolicis.

Revoctio alienationum bonorum Ordinis ab illis in Magni Magistri & Conventus faciendarum

etiam de consensu personarum eadem pro tempore obtinentium, regressus, accessus, aliisque præventivas gratias, facultates, & Litteras Apostolicas, seu ipsiisdem Prioratibus, Castellaniæ Empolæ, Bajulivias, Præceptoris, Cameris, Commendis, & quibusvis aliis Beneficiis Regularibus dicti Hospitalis vacantibus, in favorem etiam Fratrum Militum dictæ Militiæ, cuiuscumque gradus, & ordinis, ac Ecclesiasticæ, etiam Cardinalatus, seu mundanæ dignitatis, & conditionis fuerint, quomodocumque & qualitercumque, absque Magistri & Conventus prædictorum consensu, etiam ex quibusvis iustissimis & urgentissimis causis, quantumvis onerosis, & quoruncumque meritum, etiam erga Fidem, ac Sedem, & Militiam præfatas, seu damnorum passorum intuitu, & quoruncumque, etiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, vel aliorum Principum, seu Universitatum Studiorum consideratione, aut pro sedandis libitibus, etiam per Nos, & Successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore futuros, Nostrosque, seu eorumdem Successorum Legatos, concessas, seu concessas, seu concedendas, & concedenda, etiam quascumque clausulas illarum ab hujusmodi revocationibus perferivas, in se continentibus & continentia; motu, scientia, & potestate similibus etiam perpetuo revocamus, cassamus, & annullamus; & nemini suffragari, nec illarum prætextu, etiam si ex tunc, prout ex diebus vacationum eorumdem, factæ, seu facta compierantur, aliquem ex Prioratibus, Castellaniæ, Bajulivias, Præceptoris, Cameris, Commendis, aliisque Beneficiis Hospitalis hujusmodi, acceptari, vel assequi, aut jus in re, vel ad rem, cuiquam acquiri potuisse, seu posse; sed, illis non obstantibus, prædictos Magni Magistrum, & Conventum, aliisque dicti Ordinis ad id facultatem habentes, ut præfertur, conjunctim seu divisim, juxta consuetudines & stabilitam ejusdem Hospitalis, de ipsis Prioratibus, Castellaniæ, Bajulivias, aliisque præmissis libere disponere potuisse, & posse, ac sic iudicari debere, & quicquid fecerit super his attentari contingat, irritum & inane decernimus.

§. 15. Prædictis autem Magni Magistro, & Conventui duntaxat, eorumdem Prioratum, Castellaniæ, Bajuliviarum, aliorumque Regularium dicti Hospitalis Beneficiorum hujusmodi resignationes admittendi, ac recipiendi, illaque resignantibus, denominationem, seu titulum, ac omnes eorum fructus, & sua partem, aut super illis quascumque pensiones annuas, quæ etiam transeant ad successores in eis, etiam sub censuris & penis Ecclesiasticis, etiam privationis, in talibus apponi solitis, ad vitam, vel ad tempus, reservandi, concedendi, constituendi, & assignandi; & quod altero decedente, superstes in Beneficii possessionem succedat, indulgenti, seu regressum ad illud concedendi, liberam facultatem & auctoritatem, earumdem præsentium tenore concedimus & impertimur.

§. 16. Decernentes nihilominus, super eorumdem Prioratum, Castellaniæ, Bajuliviarum, aliorumque præmissorum fructibus, redditibus, & proventibus, nullas pensiones annuas, seu eorumdem fructuum, reddituum, & proventuum portiones, in quarumvis personarum secularium, seu alterius Ordinis, præterquam dicti Hospitalis & Militiæ Regularium cuiuscumque status, gradus, ordinis, nobilitatis, præeminentiæ, vel Ecclesiasticæ, aut mundanæ dignitatis, aut conditionis fuerint, etiam si Cardinalatus honore præfulgent, favorem, commodum, & utilitatem, quamvis etiam Supremorum Principum, ut supra, vel aliorum consideratione, & intuitu, seu ex quacumque etiam onerosa & meritorum causa, per ipsos Magni Magistrum, & Conventum præfatos, seu per dictam Sedem, reservari, constitui, & assignari ulatenus posse; & si reservari, concedi, constitui, & assignari contingerit, reservationes, concessiones, constitutiones, & assignationes hujusmodi factas, & faciendas, pro nullis & irritis haberi, nulliusque roboris & momenti esse & fore, nec ulli suffragari, aut jus eadem pensiones, seu fructus exigendi tribuere, nec quemquam earum vigore ad earumdem pensionum, seu fructuum solutionem & præstationem compelli

Facultas Magni Magistri & Conventus admissionis, redditionis, Commendarum & Officiorum, regularium, Ordinis, & Pensiones reservandi.

Prohibitio ne super Commendis Ordinibus Pensiones præferantur in favorem Militum conventuum.

§. 17. Ceterum Magni Magister, & singuli Priores, Castellaniæ Empolæ, Bajulivi, Præceptores, Milites, & Fratres Hospitalis hujusmodi, tam Parochiales, quam etiam sine cura Ecclesias, vel eorum Vicarias, & Cappellas, vel Altaria, seu alia Beneficia simplicia, ad eorum collationem, provisionem, presentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem ratione Prioratum, Castellaniæ, Bajuliviarum, Præceptoriarum, etiam illam Camerarum Magistratum nuncupatarum, Hospitalium, Dommorum, & aliorum Beneficiorum dicti Hospitalis per eos pro tempore obtentorum, de jure, statuto, consuetudine, fundatione, aut privilegio, vel alias quomodolibet spectantia, & pertinentia, & ab ipsis Prioratibus, Cappellaniæ, Bajulivias, Præceptoris, Dommibus, Hospitalibus, & aliis Beneficiis Regularibus vere dependentia, & subjunctiva annexa, quæ juxta ejusdem Ordinis Statuta, Fratrum saltem Cappellanis ipsius Hospitalis concedi semper debuissent, quantumvis a longo & forsan longissimo tempore, per abusum, aut ex defectu Fratrum Cappellanorum hujusmodi ad id idoneorum, Clericis, seu Presbyteris, Sæcularibus confectis, & per dictos Presbyteros, seu Clericos sæculares obtineri consueverint, in posterum etiam Fratres dicti Ordinis Cappellani, si alias ad id idonei & habiles reperiantur, concedere & assignare, eoque ad illorum curam, regimen, & administrationem deputare, ac etiam, iustis concurrentibus causis, tam Sæculares Clericos, seu Presbyteros, quam Fratres Cappellanos hujusmodi, ab eorumdem cura, regimine, & administratione amovere, & alios in illorum loca subrogare; ipsique Fratres Cappellani, non secus ac Sæculares Clerici, seu Presbyteri, eadem recipere & administrare, non tamen in titulum perpetui Beneficii Ecclesiastici retinere, illisque respective deservire, & animarum curam hujusmodi Beneficiis forsitan annexam exercere libere & licite respective possint & valeant.

§. 18. Denique causas, lites, & controversias quæque, tam inter ipsam Religionem, seu Hospitalem Militiam, ejusque Conventum, aut communitatem, & singulas personas Fratrum Militum ejusdem Militiæ, cuiuscumque gradus, dignitatis, & præeminentiæ existant, aut Cappellanos, aliisque dicti Hospitalis personas ex altera partibus, quam inter ipsos nunc exilientes, & futuros Fratres Milites Cappellanos, & personas hujusmodi, hinc inde super quibusvis rebus & jurebus, ac etiam inter eandem Militiam, seu illius Fratres ex una, & quacumque alias Sæculares, aut Regulares personas ex altera, super receptione & habitu ipsius Militiæ, motas & movendas, & coram ejusdem Militiæ Judicibus, & Tribunalibus Ordinariis, seu commissariis, jam nunc introductas, atque pendentes, seu quomodocumque introducidas & agitandas, celerem & expeditum cursum & finem, prout ad ipsius Militiæ, & jusque Fratrum tranquillitatem, & utilitatem maxime convenit, sortiri & obtinere volentes; statuimus atque decernimus, a sententia in hujusmodi causis lata per Judicem secundæ instantiæ, nullam appellationem in suspensivo admitti, seu concedi, nisi quatenus ea sententia sit infirmatoria primæ sententiæ definitivæ, seu vim definitivæ habentis, & in ea parte duntaxat; quæ hujusmodi infirmationem impoter; Sed, ubi dux Sententiæ conformes inter se esse dignoscantur, easdem habere vim trium, & rem facere judicatam; quæ, nisi sæcubens intra tres menses tunc proximis, speciali citatione coram Nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis Auditore expedita, & parti victrici legitime presentata, illius executionem suspendi obtulerint, debita executioni mandari possint, ac etiam debeat: Declaramus nihilominus, ab electione Fratrum Militum, & Præceptorum, seu Commendatariorum, in Bajulivias Magnæ Crucis nuncupatas, nullam appellacionem seu recursum in suspensivo recipi, aut admitti, juxta statutum XX. Consilii generalis dictæ Militiæ, quod per easdem presentes hac in parte expresse approbamus & confirmamus. Nullas veritas sententias, resolutiones, decreta, aut res judicatas quoruncumque Tribunalium, etiam Auditorii in quibus rii Causarum Palatii Nostri Apostolicis, aliorumque

In Causis inter Militiam & Milites, ac super receptionibus ad habitum, dux Sententiæ conformes vim trium obtrine debent.

Nisi infra tres menses executioni rei judicatae per Auditorem Pontificis suspensa fuerit.

Nulla appellacionem seu recursum in suspensivo admittatur ab electione in Bajulivias Magnæ Crucis.

In causis in quibus

ANNO 1753. **Judicium Romanæ Curie, prædictis Magno Magistro & Conventui, ac Militiæ, ejusque communi Erario, super Jurisdictione, ac præmissorum privilegiorum & Jurium civili possessione, vel quasi, nisi eadem Militia, citato in actibus substantialibus illius Procuratore in ea Curia constituto, & commorante, specialiter ad causam vocata fuerit, ullatenus præjudicare posse, ut ipsis per ea præjudicatum censeatur; sed eisdem semper & quocumque, sententiis & rebus judicatis hujusmodi nihil obstantibus, super possessio agere, ac etiam de spolio dare posse. Quod ne ab aliquibus in hoc interesse habentibus, aut habere prætendentibus, ignorari valeat; volumus, aut habere prætendentibus, ignorari valeat; volumus, hujusque dispositionis nostræ tenorem, per Edictum typis impressum, & in contactis locis publicis hujusmodi Alnæ Urbis, aliarumque Curiarum, ubicumque opus fuerit, nec non ad valvas Ecclesiarum Prioratum, Bajulivarum, & Præceptoriarum dictæ Militiæ per Orbem constitutarum, infra novem Menses proximos affigendum, ad publicam omnium notitiam deduci debere: Quo facto, dispositio Nostra hujusmodi omnes perinde ardeat, ac si personaliter singulis interesse habentibus, aut habere prætendentibus, intimata fuisset.**

§. 19. Ad quorum omnium perpetuam firmitatem, nec non honorum & jurium ipsis Militiæ indemnitate magis asserendam, ejusdem nunc & pro tempore existentibus Bajulivis, Prioribus, Castellano Empolæ, Præceptoribus, & Fratibus Militibus, ut omnes & singulis Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbatas, & eorumdem Patriarcharum, Archiepiscoporum & Episcoporum Vicarios, seu Officiales, aliasque personas in Dignitate Ecclesiastica ubilibet constitutas, nec non Canonicos Metropolitanarum & Cathedralium Ecclesiarum, qui in Conciliis Provincialibus, aut Diocesanis, juxta sæpèdicti Concilii Tridentini Decretum, vel etiam extra hujusmodi Concilia in casibus per Apostolicas Constitutiones permittis, Judices electi, seu designati fuerint, dummodo in eadem Civitate aut Diocesi sint constituti, semper & quocumque opus fuerit, servata forma Constitutionis a sel. rec. Prædecessore nostro Gregorio Papa XV. hac super editæ, in suis, & Privilegiis, bonorum, & jurium hujusmodi Conservatores, & Judices eligere possint, qui ipsos adversus inferentes eis injurias, seu gravamina, & damna in Personis, rebus, & bonis, ac juribus hujusmodi, manuteneant, & conservent, ac ipsi sic ab eis electi, omnibus privilegiis, facultatibus, & gratiis, quibus aliorum Ordinum non militarium Conservatores uti potiri, & gaudere debeant, eorumdem præsentium serie, & auctoritate prædicta, plenam & liberam facultatem concedimus & indulgemus.

§. 20. Utque præterea in iis locis, in quibus Judices particulares eorumdem Fratrum Militum, & Castellanos, ac Interventum Hospitalis prædicti, per Priores, aut Bajulivos, aliove ad id facultatem habentes, deputati, Tribunal apertum retinere adu conlueverunt, iidem Fratres Milites & Cappellani, ac Interventores; in omnibus Civilibus Causis, in quibus ipsi Rei fuerint, coram hujusmodi Judicibus in prima Instantia privative etiam de cætero conveniri debeant, salva observantia Decreti in eadem Tridentina Synodo Sess. VII. Cap. XIV. editi, quoad causas mercedum & miserabilium personarum: & salvo jure legitimæ Appellationis in se unda, & ulterioribus Instantiis, ad Nos, & Sedem Apostolicam, statuimus etiam, atque decernimus.

§. 21. Ipsis quoque præsentis Litteras, atque omnia & singula in eis contenta & expressa, seu per eos confirmata & innovata Privilegia & Indulta semper & perpetuo firma, valida, & efficacia existere & fore, nec unquam sub generalibus Privilegiis, & Indultorum hujusmodi revocationibus, aut derogationibus, seu contrariis Constitutionibus, Ordinationibus, Legibus & dispositionibus, in quibuscumque Apostolicæ Sedis Litteris, aut Conciliorum etiam Generalium Decretis, præterquam Concilii Tridentini, cujus Decreta in omnibus & per omnia salva, & præservata esse volumus, comprehendendi, nec ipsam Hospitalalem Militiam ex his ardari & affici, nisi de iisdem Privilegiis & Indultis, ac de ipsa Hospitali Militia expressa men-

Facultas de
guantitudo
confer-
vatores.

In Causis
passivis, Per-
sonæ Ordinis
coram pro-
prio Judici-
bus conveniri
debeant.

Clarissime
amplissima
per firmis-
simam firmi-
tate.

tio fiat, ac etiam quoad aliqua ex superius exposi-
tis, illius Magni Magistri, & Conventus prædi-
ctorum expressis ut præfertur, consensu accedat:
Et ita, ac non alias, in præmissis omnibus & sin-
gulis, per quoscumque Judices Ordinarios, & Dele-
gatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores
prædictos, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam
de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis
Nuntios, & alios quoscumque, quavis auctoritate,
potestate, officio, & Ecclesiastica, seu mundana
dignitate fungentes, ac prærogativa, privilegio,
præeminentia, & honore fulgentes, sublati eis &
eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpre-
tandi facultate & auctoritate, in quocumque judi-
cio, & in quacumque Curia, & in qualibet instan-
tia, judicari & definiti debere decernimus, ac irri-
tum & inane, si fecus super his a quocumque quavis
auctoritate scienter vel ignoranter contigerit at-
tentari.

§. 22. Non obstantibus Nostris, & Cancellariæ prædi-
ctæ in contrarium præmissorum quomodolibet edi-
tis vel edendis regulis, & quibusvis aliis in contra-
rium eorumdem præmissorum, etiam Apostolicis, seu
in Synodalibus, Provincialibus, & Universalibus Con-
ciliis editis & edendis specialibus vel venerabilibus Con-
stitutionibus & ordinationibus, ac quarumvis Archie-
piscopaliū, & Episcopaliū, Ecclesiarum Juribus
ac consuetudinibus, etiam longo temporis spatio præ-
cipuis, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris A-
postolicis, illis, eorumque Præfultibus, aliisque Perso-
nis, etiam speciali nota dignis, ac Regnis, Provin-
ciis, Civitatibus, ac Locis, sub quibuscumque teno-
ribus & formis, ac cum quibusvis derogatoriis
derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, &
insolitis clausulis, irritantibus, & aliis Decretis
in genere vel in specie, etiam motu, scientia, &
potestatis plenitudine similibus, ac etiam Consilio-
rialiter, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vi-
ciis, in contrarium præmissorum concessis, appro-
batis, confirmatis, & innovatis; etiam si in eis ca-
veatur expresse, quod illis per quoscumque Litteras
Apostolicas, etiam motu simili, deque pari Apos-
tolice potestatis plenitudine pro tempore concessas,
quascumque etiam derogatoriis derogatorias clausu-
las in se continentibus, derogari non possit, neque
censeatur eis derogatum. Quibus omnibus & singu-
lis, quamvis de illis, eorumque totis tenoribus spe-
cialis, specifica, expressa, & individua mentio fa-
cienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc ser-
vanda foret, eorum tenores eisdem præsentibus, perinde
ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso hic
inserti forent, pro plene & sufficienter expressis & in-
sertis habentibus, illis alias in suo robore permanen-
tibus, ad præmissorum omnium & singulorum validis-
simum effectum, hac vice dumtaxat, latissime, & ple-
nissime, ac specialiter, & expresse, motu, scientia,
& potestatis plenitudine similibus, earundem tenore
præsentium derogamus, & derogatum esse volumus,
cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 23. Volumus autem, ut earundem præsentium
Transumpta, sive exempla, etiam impressa, manu
Vicecancellarii ejusdem Conventus, seu alicujus Ro-
tarii publici subscripta, & pro tempore existentium
ejusdem Militiæ Magni Magistri, vel cujusvis ex
Bajulivis, Prioribus aut Castellano prædictis, seu
Alterius Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ,
sigillo munita, eandem ubique fidem, & auctori-
tatem obtineant in judicio & extra, quæ ipsis
præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel offen-
se.

§. 24. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam Nostrarum absolutionis, confirmationis,
approbationis, exemptionis, liberationis, concessio-
nis, indulti, mandati, facultatum impertitionis,
extensionis, ampliationis, declarationis, statuti,
prohibitionis, revocationis, cassationis, annullatio-
nis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere;
vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc at-
tentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis
Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se
noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Dat. Pont.
Anno Incarnationis Dominicæ MDCCCLII. Quart. An XIII. die
Quart. 22. Mæ 1753.

Derogatio
contractis.

Fides ha-
benda tran-
scriptis.

Indulto po-
nalis.

PONT. Idus Martii, Pontificatus Nostri anno decimo-
A. XIII. tertio.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

Lecco + Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

VVILNENSIS COLLEGII

Seu Seminarii Apostolici, a Gregorio XIII. pro-Ado-
lescentium Ruthenorum, & Moscovitarum educa-
tionis & institutionis erecti, optimo regimini provi-
detur.

De hujus Seminarii Alumnis vide infra
Constitut. XIX.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Commendatissimum studium, & incredibile Apo-
stolicæ sollicitudinis zelum sel. record. Gregorii
Pape XIII. Prædecessoris nostri, qui ad perenne or-
thodoxæ religionis præsidium atque incrementum, tot
Collegia, Seminarium nuncupata, tam in hac Alma Ur-
be, pro remotissimum Nationum adolescentibus,
quam alibi in Germania, Bohemia, Polonia, Transyl-
vania, atque in Civitate quoque VVilna Provincie
Lithuanie, a fundamentis erigenda, consentaneis le-
gibus manienda, & annuis redditibus pro adolescenti-
bus inibi educandis, instituentibusque horanda curavit;
semper, etiam dum in minoribus essemus, admirati,
adhuc in summa Sacrosancti Apostolatus Cathedra per
ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam, meritis li-
cet imparibus, constituti, suscipimus, & Apostolicis
laudibus profectus vehementer dolemus, quod pro-
pter asperas temporum rerumque calamitates, emulari
non valeamus.

§. 1. Esti autem maximi momenti opus esse non
ambigitur, hujusmodi Collegia, sive Seminarium bene
constituere; non minime tamen ponderis est adlaborare,
ut eadem Collegia, sive Seminarium, juxta intentam
primæve fundationis institutionem, conditaque provi-
da maturitate regulas, facta tædæque serventur, & ad-
ministrantur. Ab initia sane summa Catholicæ Ecclesiæ
procuratore, inter gravissimas tot negotiorum undique
sepe oggerentium curas, non omnibus sedulam vige-
lemque operam impendere, ut de omnium ejusmodi
Collegiorum, sive Seminariorum rationibus, tum ad re-
ctam priorum morum, sacrarumque doctrinarum disci-
plinam, tum ad fidem bonorum temporalium admi-
nistrationem pertinentibus, plenissime edoceremur, &
Apostolicæ providentiæ, auctoritatique partes, ubi
opus erat, opportune collocaremur.

§. 2. Quoniam autem, sicut accepimus, in Pontifi-
cium Collegium, sive Seminarium, quod a laudato Gre-
gorio Prædecessore nostro VVilnæ erectum, & institu-
tum fuit, ut Juvenes scholares Rutheni, & Moschovi-
tæ fidem ipsam catholicam, & doctrinam, ac bonas
litteras condicerent, optimisque moribus, & disciplinis
erudirentur, amplius Juvenes Moschovite, fortasse ob-
vixæ penam quibuscumque Moschovitis catholicam re-
ligionem amplectentibus & profitentibus, juxta suas
leges, insidendum non recipiuntur, & admittuntur;
inde factum esse existimatur, ut pluribus abhinc annis,
præter quatuor Monachos Ordinis S. Basilii Magni ex
Natione Ruthena in eodem Collegio, sive Seminario
educari solitos, Superiores ipsius Collegii, sive Semi-
narii, loco & vice Adolescentium Moschovitarum,
alios Latini ritus Juvenes in eodem Collegio, sive Se-
minario alendos, instituendosque suscipiant.

§. 3. Hujusmodi vero providentiæ ratio est non con-
temnenda, haud tamen talis est, ut expresse tanti

Eximium
Gregorii
XIII. stu-
dium in cri-
gendis &
dotandis
Collegiis ad
Adolescentes
instituentibus
& eruden-
dis.

Eorum fan-
dationis le-
ges conser-
vare neces-
sario appo-
stolice Pro-
videntiæ.

In Semina-
rio VVil-
nensi pro
Ruthenis &
Moscovitis
erectum, lo-
co Moscho-
vitarum, re-
cipiantur
Alumni La-
tini Ritus.

Plures ta-
men cause
prædecessores
laudent Ru-
thenos Gre-
ci Ritus.

Pontificis Fundatoris voluntati, præscriptæque legi su-
periores memorati Collegii, sive Seminarii, pro suo
arbitrio derogantes, injuncto salutari operi satisfacere
valeant; cum Apostolicam hanc Sanctam Sedem con-
sultare debuissent, & loco, ac vice Adolescentium Mo-
schovitarum non amplius concurrentium, subrogari po-
tius debuissent totidem Adolescentes Nationis Ruthenæ
Græci ritus, ea potissimum de causa, quod & Episco-
pale Seminarium pro Adolescentibus ritus Latini VVil-
næ, atque alia alibi, erecta instructaque reperiantur;
nec tanta, quoad ritum Latinum, urgeat necessitas,
quanta omni procul dubio est illa Nationis Ruthenæ.
Hæc enim non solum plures complectitur Dioceses, præsertim
sed ipse etiam Dioceses tot referat sunt Parochialibus
Ecclesiis, ut in sola Metropolitana Kyovienfi earum-
dem Parochialium Ecclesiarum numerus sit millium
nongentarum viginquique. Accedit quoque maxima
Ruthenorum Antistitem inopia, propter quam Colle-
gia, sive Seminarium Diocesana sibi erigere, & intru-
ere haud valent. Insuper ut major inter ipsos Ruthenæ
Nationis Ecclesiasticos Viros; maxime rerum Ecclesie-
sticarum, sacrarumque doctrinarum, peritia floreat;
cum amplissimæ Dioceses orthodoxis, schismaticisque
hominibus permixtæ reperiantur.

§. 4. Porro de hisce omnibus certiores facti, Venera-
bilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Congre-
gationi Propagandæ Fidei præpositis per duas generales
Congregationes accuratissime examinanda commisitimus.
Hinc factum est, ut attentis tot rationum tam a No-
bis, quam ab ipsis Cardinalibus discussarum gravissimis
momentis, de eorumdem Cardinalium pariter consilio,
non obstantibus quibuscumque in contrarium factis
bus; auctoritate nostra apostolica, tenore præsentium,
prout infra, statuamus, & decernamus.

§. 5. Ac primum quidem memoratas Gregorii Præ-
decessoris litteras, quoad omnia, & singula in ipsis con-
tenta, & statuta, dummodo iis, quæ per easdem præ-
sentibus nostras litteras, ut infra, statuuntur, & decer-
nantur, non adveniant, quatenus opus sit, confirma-
mus, & apostolicæ firmitatis præsidio munimus.

§. 6. Deinde vero omnibus, & singulis modernis, &
pro tempore existentibus sæpèdicti Collegii, sive Semi-
narii Pontificii VVilnensis Superioribus, & Officialibus,
districte inhibemus, ut deinceps nullum omnino adole-
scem in ipsum Collegium, sive Seminarium, nisi
Nationis Ruthenæ, & Moscovitæ (si quando alicum
ejusdem Nationis Moscovitæ adolescentem recipiendum,
admittendumque contingeret) recipient, & admittant.

§. 7. Porro Dioceses Nationis Ruthenæ, ex quibus
adolescentes in Collegium, sive Seminarium antedictum
deinceps admittendos, recipiendosque dumtaxat (dum-
modo ex Natione Moscovitica non sit, qui admitti
& recipi petat) esse, statuimus & districte manda-
mus, sunt Kyovienfis & Haliceniensis Metropolitanæ to-
tius Russiæ, Polocensis & Vitebsensis Archiepiscopa-
tus, Smolevensis Archiepiscopus, Vladimiriensis &
Brestensis Episcopatus, atque Episcopatus Chelmenis.
Tres vero Episcopatus Luceoricensis, Premisliensis
& Samboriensem, ac Leopollensem, inter Dioceses
ejusdem Nationis Ruthenæ adscriptos, ideo exclusos
esse statuimus & mandamus, quod pro nonnullis unius-
cujusque eorumdem adolescentibus Alumnis statutus sit
locus in Collegio sive Seminario Leopoli pro Ruthenis
& Armenis fundato, cui annuum nec mediocriter ab ea-
dem Congregatione Propagandæ Fidei pro dictis Alum-
nis subsidium solvitur, unde par æquumque videtur,
ut de hisce tribus Diocesibus, quæ hujusmodi commo-
dum habent, nullus admittatur, recipiaturque; sed de
primordiis solummodo Diocesibus, in quibus major
necessitas urget.

§. 8. Verum ut deinceps quoad admissionem, rece-
ptionemque Alumnorum, nulla suboriantur diffidia, &
partium studia; cum numerus viginti Alumnorum in
laudato Collegio sive Seminario de presenti existen-
tium sit, quamvis de præterito idem numerus, juxta
majorem, vel minorem rerum abundantiam, vel inopi-
am, interdum major, interdum minor fuerit; ipsam
viginti Alumnorum numerum, quomodolibet impo-
situm sese habeat annona, nunquam minorem, sed si
redditus, & proventus augeantur, majorem etiam esse
volumus, & statuimus: cum economiæ ratio postu-
let, ut inopia unius anni suppleatur alterius anni a-
bundantia.

ANNO 1753.

Pontifex,
de Concilio
Congregatio-
nis de Pro-
paganda Fi-
de, statuit,
ut ita sit.

Gregorii
XIII. Litter-
as confir-
mas.

Rutheni
quibus ex
Diocesibus
sint coo-
perandi.

Alumnorum
& numerus ad
vices vice-
parius sta-
tuatur.

ANNO 1753. Ab hoc itaque constituto, ut præmittitur, viginti Alumnorum numero, exceptis quatuor Ordinibus Sancti Basilii Magni Monachis in eodem Collegio, sive Seminario, ut pariter præmittitur, retineri, & educari solitis, quos semper in futurum ex eodem Ordine, & Congregatione Ruthena admittendos, recipiendosque pari modo & forma volumus, & mandamus, ut Magistros, & Præceptores habeant aptos, & idoneos; reliquos sane sexdecim Alumnos, qui admittendi, recipiendique sunt, distributos esse volumus & mandamus, juxta Decretum ejusdem Congregationis Propagandæ Fidei, quod est tenoris sequentis: In Congregatione Generali de Propaganda Fide habita die 12. Februarii 1753. decretum fuit, ut sequitur: Ad Collegium VVilnense, ultra quatuor Monachos Basilianos, & donec aliter provideatur, esse impofterum admittendos Ruthenos tantum ex infra scriptis Diocæsis; nempe ex Archiepiscopali Kyoviensis, quorum unus ex Palatinatu VVilnensi, alter vero ex Palatinatu Novogrodienfi, & alter ex Palatinatu Minscensi; alii vero tres ex reliqua ejusque Diocæsi Kyoviensis parte, & præsertim ex Ukraina. Ex Diocæsi Archiepiscopali Polocensi duo, quorum unus ex Palatinatu Polocensi, alter ex Palatinatu Vitebscensi. Ex Diocæsi Archiepiscopali Smolecensi duo. Ex Diocæsi Episcopali Vladimiriensi, seu Podlachie parte, alter ex Palatinatu Brestensi. Ex Diocæsi Chelmenfi duo, quorum unus ex Terra Chelmenfi, alter de Palatinatu Belzensi. Ex Diocæsi Episcopali Pinscensi duo. Distributionem autem eorundem sexdecim Alumnorum ex quilibet Diocæsi respective eligendorum, per præsertim dictæ Congregationis Decretum, factam, tanquam utilem, & salutarem non solum approbamus, & apostolica auctoritate, tenore præsentium, confirmamus; verum etiam districte servandam esse præcipimus, & mandamus.

§. 10. Præterea ad omnem penitus & medio tollendam diffensionem, confusionemque, statumus, & ordinamus, ut distributio ita omnino, & non aliter fiat, nimirum, ut, cum quilibet Alumnus ritus latinis in sepedito Collegio, sive Seminario commorans, sive elapso tempore, quo inibi educari debet, sive aliter quomodolibet ex eodem Collegio, sive Seminario egressus fuerit, statim in illud admittatur recipiturque Alumnus ex Metropolitana Kyoviensi Nationis Ruthenæ, & sic deinceps usque ad numerum pro eadem Metropolitana Kyoviensi juxta præsertim Decretum supra statutum, & eodem pacto, & ordine ex aliis Diocæsis antedictis. Postquam vero integram sexdecim Alumnorum numeram completum esse constitit, cum vacatio cujusvis Alumnus evenerit, non admittatur recipiturque nisi adulescens Nationis Ruthenæ ex illa Diocæsi, ex qua Alumnus antecessor locum dedit vacationi.

§. 11. Cæterum ut præscripta, & præmissa omnia debite executioni demandetur, Venerabili Fratri Ordinario nostro & Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis in Polonia Nuntio, & Dilecto Filio regenti ejusdem Collegii, sive Seminarii, modernis, & pro tempore existentibus, injungimus, ut, salva semper dictæ Congregationis Cardinalium Propagandæ Fidei præpositorum auctoritate, omnia, & singula in hisce nostris in forma Brevis litteris, quas etiam typis impressas in conspicua dicti Collegii, sive Seminarii parte, ut ab omnibus legi possint, opponi volumus & mandamus, contenta & expressa, exacte servari faciant & curent.

§. 12. Decernentes easdem præsentis litteras, & in eis contenta quæcumque, semper firma, valida, & effectiva existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari debere; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam Casuarum Palatii Apostolici Auditores, S. R. E. Cardinales, & eorundem Cardinalium Congregationes, necnon Apostolicæ Sedis Nuntios, & quovis alios quoscumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctori-

Alumni quo ordine sint prima vice recipiendi.

Exequantur designantur.

Classificatio pro præmissis.

tate scienter, vel ignoranter conigerit attentari. Non obstantibus Gregorii Prædecessoris nostri litteris, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 13. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem protus fides adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die V. Aprilis MDCCLIII. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

Cæcilius Amatus.

MONACHI S. BASILII XV.

Nationis Ruthenæ solvuntur a lege emittendi quartum votum de non acceptandi Episcopatus, vel Archimandriis, abque assensu suorum Superiorum; Abrogatque Statutus penalibus super hoc editis, Canonice Sanctiones innovantur, ac inculantur.

Dilectis Filiis, Proto-Archimandrita, Archimandritis, & Monachis Ordinis S. Basilii Magni Nationis Ruthenæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilectæ Fili, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Inclitum quidem Sancti Basilii Magni Ordinem non minus antiquitate, quam religiosa pietate, sacra doctrina, disciplinaque regulari in Catholica Ecclesia commendatissimum, singulari semper etiam dum in minoribus essemus, studio prosequuti, ex quo ad sublimem Sacrosancti Apostolatus Cathedram, meritis licet imparibus, everti fuimus, non omisimus quamplurimis Apostolicæ auctoritatis benignitatique documentis ornare. Congregationem vero vestram Nationis Ruthenæ, quæ ejusdem Sancti Doctoris institutum tantum cum laude, præsertim in florantissimo Polonia Regno, & Lithuania Ducatu, proficiter, paribus Pontificæ caritatis, ubi opportuna sese dedit occasio, testimonium complendi studimus, fore in Comino consilia, ut vestra Congregatio majori alacritate, & constantia, non solum schismaticis ejusdem Ordinis Basiliani Monachis sese opponeret, verum etiam eosdem ad Orthodoxæ Fidei sinum allicere, ac perducere admitteret. Quoniam autem veremur, ne ea, in ipsa Congregatione vestra accidere possent, quæ non tam exoptata a Nobis religiosarum virtutum incrementa impediunt, quam gratia quoque detrimenta afferre valeant; expropter haud patimur consentanea Apostolicæ providentiæ, potestatisque officia a vobis desiderari.

§. 1. Ac primum quidem Vobis notum esse cupimus, Nos, quemadmodum non ignorare consuetudinem illam in Natione Ruthena vigentem, nimirum vacantibus Cathedralibus Ecclesiis, & Archimandriis ejusdem Nationis Ruthenæ, non præficiendi Antistes, & Archimandritas, nisi solos Monachos ex Ordine vestro professos; ita perspectum habere, tum ipsas Cathedralis Ecclesias ad Regiam Nominationem conferri; tum Archimandriis, vel Regiæ Nominationis, vel Jurisprætoratus nobilitum personarum esse, & haberi.

§. 2. Deinde Nobis facile persuademus, non aliam fortasse ob causam a Superioribus Congregationis vestre quartum tribus aliis votum fuisse additum in solemnem cujusque Monachi professione emittendum, ne scilicet quisque Monachus Episcopatus, vel Archimandriis sibi quomodolibet procuraret, neque si ad illos, vel illas quomodolibet etiam nominari, vel promoveri contingeret, nisi prius approbationem assensumque suorum Superiorum impetrasset, omnino acciperet, quam ut omni ambitioni occluderetur altus. Quo firmissis præterea ejusmodi a Superioribus vestris statuta quartum votum addendi lex sub-

PONT. A. XIII. Sanctio penalis contra transgressores.

Exemplorum fides.

Dir. 5. A. p. 1753. Pont. XIII.

XV.

XIV.

Pontificis studium pro Basiliani Ordinis utilitatibus, & incrementis.

Episcopatus & Archimandriis Nationis Ruthenæ sibi Monachi & Basilii præficiuntur.

Quorum votum non nullo modo præscribitur.

PONT. A. XIII. Sanctio penalis contra transgressores.

substiteret, a fel. rec. Benedicto Papa XIII. Prædecessore Nostro Procurator tunc temporis existens Generalis laudati Ordinis S. Basilii Magni Apostolicas in simili forma Brevis litteras die XV. mensis Decembris Anno MDCCXXXVIII. hac super re dandas curavit, quarum vigore ad Officia, & Dignitates, Monachos omnes memorati Ordinis, qui sine expresse Superioris Generalis, seu Proto-Archimandrite pro tempore existentis, & memorati Ordinis consenta, sibi Archiepiscopatus, Episcopatus, Archimandriis, aut quascumque alias Dignitates procurarent, eo ipso ad illas inhabiles esse, ac fore declarabatur.

§. 3. Insuper eam profecto, quæ ex Statutis, decretisque antedictis redundatura reputabatur, utilitatem, & regularis disciplinam observantiam, non solum minime provenisset, ex certis documentis rescivimus, verum etiam maxime prolem, duas inde non leves, sed gravissimas ortum habuisse inordinationes. Ac prima quidem, quod Monachi ad Archiepiscopatus, Episcopatus, & Archimandriis promoveri cupientes, præter illas, quam prius apud eos, qui Jus nominandi habebant, ut nominarentur, adhibebant partes, preces, & officia, novis quoque partibus, & officiis apud Superiores Ordinis contendunt, ut ab hisce licentiam nova lege præscriptam consequantur. Altera vero inordinatio ex prima omnino exurgit, quod ii, quibus nominandi, sive presentandi Jus inesse non ambigit, merito querunt, debitum sibi ejusmodi Jus, propter novam antedictam legem, plurimum imminutum esse, cum ablatam sibi expectantur pristinam libertatem nominandi sive presentandi ad Archiepiscopatus, Episcopatus, & Archimandriis eos Monachos Ordinis, vestri professos, quos sibi in Domino existimant benemeritos, atque idoneos, sed illos dumtaxat, qui a Superioribus suis sepe dictam licentiam obtinissent.

§. 4. Eapropter præcipimus Apostolici ministerii nostri manus esse intelligimus, non minorem pro recta disciplina a Nobis adhibendam esse curam, quam ut diffensionis maxime omnes auferantur, ut omnia pro æquitate, ac justitia procedant, neque ullæ prius audiantur querimonie. Cum autem per Sacros Catholice Ecclesiæ Canones satis superque consultum sit, ut curis, quod consequendos Archiepiscopatus, Episcopatus, cæteraque dignitates Ecclesiasticas, excludatur ambitus, statuti insiditque etiam contra ambitiosos penes; cupientes Nos omnia, & singula, prout harum præsentium nostrarum in forma Brevis litterarum tenore Apostolica auctoritate nostra reducimus, ad commune Jus, functioneque Canonice reducere; proindeque tenore, & auctoritate paribus, nec non motu proprio, ac certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus, & singulis statutis, & consuetudinibus antedictis, atque ipsis memoratis Benedicti Prædecessoris litteris derogantes, & derogatum esse declarantes, volumus, & districte mandamus, ut deinceps id omne unice fervetur, & exacte custodiat, quod per Sacros Canones præscriptum, ubique debite executioni mandatur, nec alia penæ hac in re locum habeant, quam quæ in ipsis Sacris Canonibus statuta sunt.

§. 5. Porro Monachi Ordinis vestri professus notum esse volumus, & aperte declaramus (ne sua illos expropter falsa decipiat opinio) non eam sibi per Nos libertatem restitui; per quam ipsi liceat ad Archiepiscopatus, & quascumque Dignitates Ecclesiæ, & Ordinis sui nisi, & officiis omnibus contendere; sed potius in memoriam illi revocamus, quod si ambitus ad seculares etiam dignitates, & honores, a civilibus legibus prohibetur Laicis, quanto magis ambitus ad Archiepiscopatus, Episcopatus, & Dignitates Ecclesiasticas prohibetur esse debet Clericis, & Religiosis Viris. Nullus itaque (verba sunt Can. Nullus l. q. 1.) per ambitum ad Episcopatum honorem permittatur accedere; nam cum hic excessus in laica conversatione capitur, quis putat, quin Religiosus, & Deo servientibus incutiat opprobrium. Nec ob eorum oculos obterece omittimus præclara exempla Sanctorum Cypriani, Augustini, Fulgentii, Casarii, Epiphani, Basilii, Gregorii Nazianzeni, Theodoret, & Johannis Chrysostomi, ut cæteros prætereamus, qui quamvis meritis eximii insigniti, tamen tantum abest, ut ad Episcopatum assequen-

dum contenderent, quin omnem imo operam, suamque adhiberent, ne vel invidi ad Episcopatum pertraherentur.

§. 6. Neque unusquisque ignorare debet, a peccati culpa immune non esse desiderium ipsum Episcopatus, tum quia, quamvis desiderium aliis juvandi, in his præsertim, quæ ad Deum sunt, & salutem Animarum, laudabile est, & maxime pro commendatur; tamen cum hoc adjuvamentum prælati non valeat sine ipsa Episcopatus sublimitate, ut plurimum ex vitio insitæ de suis viribus præsumptionis ortum habet; tum quia nemo se iis virtutibus, quæ ad Episcopatus ministerium necessario requiruntur, ornatum esse, sine peccato existimare potest; atque hujusmodi desiderium semper est vitiosum, juxta Angelici Doctoris doctrinam 2. 2. quæst. 183. art. 1. in corpore, in Quodlibet. 2. art. 11. in corpore, in Quodlibet. 13. art. 9. in corpore. Atque hæc communis est doctrina omnium eorum, quos retulimus in Tractatu nostro de Canonizatione Sanctorum lib. 3. cap. 31. num. 6. & seq. Demum eorundem oculis expressimus auream Sancti Basilii Cæsares Episcopi inelyti Ordinis vestri Fundatoris doctrinam, traditam in Constitutionibus Monasticis cap. 9. tom. 2. editionis Monachi Johannis Garnier. Cæterum, inquit Sanctus Doctor, nequaquam convenit, ut Aseca cupiat unquam ingredi in Clerum (ecce Episcopatus desiderium) aut Fratris præfici (ecce desiderium Archimandriæ); nam diabolica hæc pestis est, labefque libidinis dominandi, quæ res summe Diaboli nequitie insigne est. Et postquam gravissima ex hujusmodi desiderio provenientia damna explicavit, addit: Cognitio itaque detrimenti, hæc absurdam cupidinem fugiamus. Denique hæc Capitulum hisce absolvit verbis: Quod si Deus aliquando erigat quempiam ad ejusmodi munera, novit, cum sit industrius ac sagax, quemadmodum etiam ipsum præfaturus sit dignum. Nos autem consilii esse debemus Nobismetipsis, nunquam Nos aliquid tale appetivisse, neque ullo modo ejusmodi desiderium in animo habuisse; Nam hic animæ maribus gravissimus est, & facit, ut a bonis excidamus.

§. 7. Tandem cum Apostolica hujusmodi nostra diffinitione, ac Sanctio, eorum quoque Jus respiciat, qui ad Archiepiscopatus, Episcopatus, & Archimandriis nominandi, vel presentandi jus quomodolibet habere dignoscuntur, iissem salutare S. Bernardi monitum indicimus, reputandi nimirum Ecclesiasticis dignitatibus indignum eum, qui vel per se ipsum, vel per alios, ad earundem dignitatum consequentiam sese commendat. Alius pro alio, alius forte pro se rogat. Pro quo rogatis, sit suspensus: qui ipse rogat pro se, jam Judicatur est. Postremo addere præstat verba Concilii Trid. sess. 24. de reform. cap. 1. Omnes vero, & singulos, qui ad promotionem præficiendorum, quodcumque jus quacumque ratione a Sede Apostolica habent, aut aliquam operam suam præstant, nihil in iis pro presenti temporum ratione, innovando, hortatur, & monet, ut in primis meminerint, nihil se ad Dignitates, & popularum salutem utilius posse facere, quam si bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernanda idoneos promoveri studeant: æque alicui peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi, quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, non quidem præcibus, vel humano affectu, aut ambicionum suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curaverint.

§. 8. Hæc sane sine fluctuanda, sive mandanda, sive monenda habuimus, decernentes omnia, & singula in iisdem præsentibus nostris litteris contenta, semper firmitate, ma, valida, & effectiva existere, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, & ab aliis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari debere: sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam Casuarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & eorundem Cardinalium Congregationes, nec non Sedis Apostolicæ Nuntios, & quovis alios

Ambrosio pre eam non tollitur, sed augetur.

Quære habent jus nominandi seu presentandi.

Sabbato proinde voto, & presentandione.

Firmissis tenent manentibus legibus de ambrosio pontifici que in his decretis.

Episcopatus indicus est, qui illum perit, vel apgeit.

Ad Ecclesiasticas dignitates digne cooperantur.

Classificatio pro præmissis.

ANNO alios quacumque preeminencia, & potestate fun- 1753. gentes, & functuros, sublati eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debore; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Denegatur contrariis. §. 9. Non obstantibus premissis Benedicti Prædecessoris Nostri litteris, & quibuscumque statutis, & decretis in contrarium præmissorum in Conciliis, & Synodis Nationis Ruthenæ forsan editis, & Ordinis vestri, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Exemplorum auctoritas. §. 10. Volumus autem, ut eorumdem præsentium litterarum transcriptis, seu Exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem profus fides adhibeatur, quæ ipsidem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Interim Vobis, Dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem permanentem impertitur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII. Aprilis MDCCCLIII. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

Cajetanus Amatus.

XVI. REGULÆ OBSERVANDÆ

In Anglicanis Missionibus, ab Apostolicis Vicariis nec non a Sacerdotibus Missionariis Sæcularibus, ac Regularibus.

Venerabilibus Fratribus, Episcopis, Vicariis Apostolicis, & Dilectis Filiis, Sacerdotibus tam Sæcularibus, quam eorumque Ordinibus, & Institutis, etiam Societatis Jesu, Regularibus, Missionariis Apostolicis Anglicanarum Missionum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Patres, Dilecti Filii, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Apostolicum ministerium, quod vos, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, tanta cum alacritate suscepistis, satis superque admonere vos, & assidue in memoriam revocare non dubitamus, præceptum mandatumque Supremi Pastorum Principis JESU CHRISTI Apostolorum suos edocentis, cujus divina legatione in procuranda æterna Christianorum salute fungimini cooperatores; nimirum, ut mutua vosmetipsi invicem charitate diligentes, opus vobis injunctum consummare satagatis, quo debitam laboribus vestris mercedem in Cælis a iusto remuneratore Deo recipere valeatis. Nobis sane, qui gravissimas Sacrosancti Apostolatus curas, & omnium Ecclesiarum sollicitudinem gerentes; pene defecimus, nihil accidere potest molestius, quam cum accipimus scissuras esse inter vos, propter quas propagatio Catholice Fidei, & Christianissimum salutem retardatur. Ea propter, ut opportunitum, consentaneumque prædicandis & e medio auferendis dissidiis, quæ jamdudum inter vos exorta, sæpe sæpius emergere, ac magis invalescere plenissime docti vehementer dolemus, & pristinae animorum concordia concilianda, & in perpetuum confirmanda remedium afferendas; primum quidem non solum exhibita Nobis utriusque partis rationum momenta per Nos ipsos accurate expendimus; sed nonnullis etiam Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus negotiis Congregationis Propagandæ fidei præpositis examinanda mandavimus; deinde vero ipsidem Cardinalibus ad Nos accitis, eorumdem sententiam consiliumque requisivimus. Quos postquam Nobiscum convenire, & consentire comperimus, hæc, quæ sequuntur, statuimus, decrevimus, & a vobis districte servanda proponimus, & mandamus.

§. 1. Cum ab anno 1688. constitutum fuerit, ut Missio Anglicana per quatuor Apostolicos Vicarios administraretur, qui Episcopi in Partibus Infidelium existant; cumque sui limites, & confinia præscripta sint, in quibus ipsorum singuli suo munere perferantur, nihil omnino immutetur in iis omnibus, quæ pertinent ad eisdem Vicarios Apostolicos, eorumque deputacionem, & limites, quos modo indicavimus.

PONT. A. XIII. Quæstio-Vis- cibus Apo- stolicis com- munita re- maneat Ang- lica Missio- nis sãmb- cillavit.

§. 2. Cum nonnulla Seminaria, & Collegia instituta sint, ex quibus Missionarii Cleri Sæcularis in Angliam mittuntur, nulla diligentia, & cura præmittatur, ut Alumni ad Sacras Missiones obeundas destinati, optimis moribus, pietate, ingenio doctrina exornentur, & ut periti sint in exercendis Functionibus Ecclesiasticis, & Cantu Gregoriano quantum fieri poterit, imbuti. Præter Collegii Duacensis in Belgio, Litteris datis die 14. Januarii, Congregationem de Propaganda Fide sincere certorem fecit de ratione, qua Alumni in prædicto Collegio instruantur. Hisce proinde Litteris perhonorificum responsum redditum fuit: Romæ existit Collegium Anglicanum a Sancto Thoma nuncupatum, curæ ac disciplinæ Patrum Societatis Jesu commissum, cujus visitacionem susceperunt justo Prædecessoris nostri Clementis XII. duo Cardinales vita jam sancti, Davia scilicet, & Riviera, sustinuitque Secretarii munus Cardinalis Monti vitam adhuc agens, qui id temporis munus a Secretis Congregationis de Propaganda Fide gerebat. Itaque plurima statuta fuere, peculiari Decreto Summi Pontificis confirmata, quod die 28. Septembris anno 1739. in lucem emanavit. Sanctum in primis est, ut eodem in Collegio duo Præceptores in posterum comorentur, quorum unus Controversialis, & Sacris Scripturis explanandis, alter Theologiæ Morali tradendæ incumberet, eorumque Lectiones Anglicanæ Missionis utilitati forent maxime accomodatæ. Quamobrem operam suam impendit Cardinalis, cujus in fide, & patriotico Collegium pro tempore recipitur, ut executioni mandentur quæ eadem in Visitacione salubriter decreta fuere; atque illud in primis, quod paulo ante innuimus, quippe quod ad finem propositum unice conducere videatur. Pariter comperit est, Collegium Ulisippone Angliæ recipiendis erectum esse; alterum Parisiis, Hispani unum, Vallisolei alterum. Verumtamen eorumdem institutio, atque existentia, nihil prætere innotescat, curæ erit a Secretis Congregationis de Propaganda Fide Administrato collatis, ut dentur Litteræ Nunciis Apostolicis in Lusitania, Gallia, & Hispania commorantibus, ut impensis de prædictis Collegiis inquiratur, eorumque gubernatio omnino explorata fiat. Neque id eo tendere opinandum est, ut quidquam detraheretur auctoritati, vel regimini quiscumque, qui legitima ipsorum fruatur possessione; sed eo dumtaxat fine, ut inter Nos, eosdemque plenissime conveniat in rebus, quæ ad Alumnos spectant ex Seminaris in Angliam ad Missiones obeundas profecturis.

§. 3. Quoniam vero versantur in Angliâ Missionarii ex Familiis Regularibus, scilicet Societatis Jesu, Sancti Benedicti, S. Dominici, S. Francisci, Carmelitarum Excalceatorum, cavere omnino debent eorum Provinciales ne in Missionariis deligant, nisi viros numeris omnibus absolutos, singulari nimirum pietate, ingenii dotibus præditos, quæ ad tantam Provinciam, tamquam laboriosam requiruntur: Quamobrem ne ob immodicum eorum numerum perturbaciones, & incommoda oboriantur, ipsis Regularium Provincialibus immutabiliter præscribitur, ut eos dumtaxat in Anglicam mittant, qui vel Sacellis Regiis præfici debeant, aut apud aliquem nobili sanguine natum versari, aut in Locis, quæ pro Regularibus fundata, & constituta sunt. Porro a Missionibus Anglicanis se repellunt Regulares, qui ex propria Natione non obtinent Cœnobium, vel Provinciam in Catholicis Regionibus: iis tamen, qui ibidem in præsentiarum commorantur, revertendi necessitas non inferitur. Enim vero cum Hiberni Sacerdotes ad sustinendam Insulæ ejusdem Missionem deputentur, quæ plurimos, sapientisque expetit Ope-

Regulares ex- dunt in an- glicam in- struat ad- eorum duntaxat officia exercenda, & ex iis tantum Ordinibus, qui propriæ nationis Cœnobis in Cartholice Regionibus habentur.

Hiberni Missionibus Angliæ non Ope-

PONT. A. XIII. Operarios; cumque in Angliâ permulti sint Sacerdotes indigenæ tam Sæculares, quam Regulares, consentaneum esse arbitramur, si idem ipsa in Patria labores suos potissimum impendant, & prædicti Hiberni Sacerdotes Missionarii Angliæ tunc solum cooperentur, cum horum paucitas id exigere videatur; ideoque a Vicariis Apostolicis Angliæ ad Missionem exoptentur, & evocentur.

§. 4. Sed, ut ad Vicarios Apostolicos revertamur, præter eam omnem auctoritatem, quæ ipsis communis est in propriis confinis cum quolibet Ordinario in sua Civitate, & Diocesi, Apostolica Sancta Sedes facultates formæ secunde ipsis elargitur, cum potestate illas simplicibus Sacerdotibus, qui idonei videbuntur, communicandi, iis tamen exceptis, quæ vel in Ordinem Episcopalem unice spectant, vel exerceri sine Sacrorum Olearum usu minime possunt. Nihil proinde recentis Vicariis deest; quod ad sanum regimen, & directionem tam Regularium, quam Clerici Sæcularis conducatur, qui nullas in hæc diem controversias excitavit, quæ debitas Vicariis Apostolicis obedientiam, & subordinacionem labefactarent.

§. 5. Attamen quoniam inter privilegia, quibus gaudent Regulares, cuilibet peculiari Ordinis a Summo Pontifice attributa, illud annumeratur, per quod Regulares Familæ ab Episcopali, vel Ordinaria auctoritate eximuntur, vel Sanctæ Sedis Jurisdictioni immediate subiciuntur, ne alterationes ea de re in posterum senscantur, quas plurimas elapsis temporibus constat existisse, & in dies furoribus, necessitas postulat; ut finis aliquando iis imponatur; quod ita præstari oportet, quemadmodum inferius exponemus.

§. 6. Itaque Regulares Missionarii cum Provinciam adventaverint, ubi Sacras Missiones obire debent, Apostolicum Vicarium conveniant, ut facere semper consueverunt, in cujus ditione Ministerium Apostolicum suscepturi sunt. Siquidem institutum Canonicum est, Sacri Concilii Chalcedonensis auctoritate firmatum, nemini advenæ in Sacris constituto licere, Ordinem, quo se indignitum asserit, exercere, adeoque Sacrum peragere, si Sacerdotem se esse profiteatur, nisi Litteras authenticas Ordinarii palam faciat, testimoniumque exhibeat, se nullo suspensionis, vel irregularitatis vinculo ireturi. Ita Canon. 7. dist. 71., cui apprimè consentit Sacrum Concilium Tridentinum sess. 22. de Sacrificiis Missæ; & Decreto de observandis, & evitandis in celebratione Missæ, cap. 13. sess. 23. de Reformat. Porro hujusmodi præscriptum Regulares etiam respicit, quæ extra Diocesim versantur, in qua ad Sacros Ordines promoti fuere, proindeque susceptum Ordinem exercere minime possunt, præsertim in Ecclesiis, quæ ad propriam Solidaritatem non spectant, nisi prius Episcopis, aut Vicariis Generalibus, vel Foraneis, Superiorum suorum documenta proferant, quibus & obtenti ordinis testimonium, & libertas ab omni Canonico impedimento irregularitatis, vel suspensionis perfecta fiat. Quamobrem id etiam est in mandatis Regularibus Missionariis, ut nimirum Vicariis Apostolicis, ea ratione, qua dictum est, sese exhibeant, ubi ad Missionis locum pervenerint.

§. 7. Nullus Sæcularis Sacerdos penitentia Sacramentum administrare potest, qui actualis Parochus non existat, vel idoneus ad id in præmissis examine reperitus non fuerit, quod Ordinarius Locum, ubi Confessiones excopturus est, de eo habere potest. Idem & Regularibus Sacerdotibus edicatur, quoties velint Sæcularium Confessiones audire, quemadmodum ad litteram decernitur a Concilio Tridentino sess. 23. cap. 15. de Reformat. quo in loco derogat Sacrum Concilium privilegio cuiusquam, & consuetudini immemorabili, quæ contrarium præferret, iniquis: privilegium, & consuetudinem quacumque, etiam immemorabilem, non obstantibus. Idque ea vel magis, quod a Summo Pontifice Sancto Pio V. eo in Constitutione, cui initium est Romani Pontificis 133. Bullarii Romani tom. 2. declaratum est, prædictam Concilii Tridentini functionem ad omnes quoscumque Regulares extendi, vel Mendicantes, vel non Mendicantes, quamvis Lector, atque Magister in Sacra Theologia præfulgeat, & potestas Sæcularium Confessiones excipiendi illi Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. IV.

facta fuerit a suis Superioribus Regularibus, Sancto Pio V. omnino consonat Urbanus VIII. in Constitutione, quæ incipit; Cum sicut accepimus 92. Bullarii tom. 4. per quam amplius restituit privilegium quodcumque alias Regularibus attributum, cuius prætextu Sæcularium Confessiones exciperent, priusquam examen sustinuerint, & consensum ab Ordinario Diocesano impetaverint. Ac ne Regularium Familæ, quæ nisi expresse nominentur, se minime comprehendi putant, ab eadem Constitutione immunes se iactarent, eas nominatim, & singulas recensendas optimum duxit. Ultimo tandem S. Pontifex Clemens X. edita Constitutione Superna 7. in Bullario Romano tom. 6. §. 4. ita firmavit: Religiosos ab Episcopo ad Confessiones Sæcularium in sua Diocesi audiendas approbatos, non posse in alia eas abique Episcopi Diocesani approbatione audire, quamvis penitentes subditi sint eius Episcopi, a quo ipsi Religiosam fuerant approbati.

§. 8. Quare si instamus Canonis institutis, quæ superius numeravimus, nullum asseri potest impedimentum Ordinatio, quominus examen indicat Sacerdotibus tam Sæcularibus, quam Regularibus, per quos Penitentia Sacramentum in Locis ipsius Jurisdictioni subiectis administrandum est; Regulares, inquam, in examen vocare potest Ordinarius, si velit Sæcularium Confessiones excipere. At vero quoniam Missionarii, & in primis Regulares, longa & difficilia suscipiunt itinera, restitit Cœnobis, in quibus versantur, ut in Angliam ad obeundas Missiones se conferant, ne dubietas admissionis ad Confessiones audiendas in subeundo examine, illos ab Apostolice munere deterreat, cavebunt imponitur, antequam relinquunt Monasteria, in quibus degunt, & in Angliam tendant, cavebunt, inquam, examen ad Confessiones Sæcularium audiendas subire coram Ordinario, & Examinatoribus Locum, in quo situm est Monasterium, & consequi testimonium, quo idonei declarentur; quod insuper poterit indicari Vicariis Apostolicis, in Angliâ comorantibus per Litteras Ordinarii, qui ad examen eos excepit, & peritos, idoneosque iudicavit. Quod si cuiquam ex Regularibus commodius, atque itineri opportunius videretur Bruxellis ante Apostolicum Nuncium propria scientiæ periculum facere, id erit eorum in libitu; cum utraque ratione duplex auferatur incommodum; unum scilicet, ne Regulares animam mentemque dimoveant a Missionibus Anglicanis, eo timore, ne a Vicariis Apostolicis admittantur ad Sæcularium Confessiones excipiendas; alterum vero, ne idem Vicarii desistant auctoritate approbandi illos, qui intra limites sue Jurisdictionis Penitentia Sacramentum velint administrare. Etenim duos omnino actus complectitur approbatio, quorum primus ad intellectum, alter spectat ad voluntatem. Proprium enim est intellectus, debita, ac necessaria scientia in Examinato deprehensa, illum Confessionis muneri obeundo aptum exilimare. At non nisi voluntatis est, facultatem Confessionum audiendarum liberam, plenamque facere, sententiamque de eo profere, qui Adprobatori subicitur. Primum itaque ab Examinatore præstatur, cuius fidei, & integritati innitur, atque acquiescit, qui Confessiones audiendi facultatem, in limitibus, & confinis sibi assignatis, impertitur. Alterum immediate peragitur ab ipso Superiori, cuius est prædictam facultatem concedere.

§. 9. His itaque constitutis, cum Regularis examinatus jam, & idoneus iudicatus, uti diximus, sese offerat Vicariis Apostolicis, cumque id perpendi minime debeat tanquam urbanitas aliqua, seu cœremonia; cum insuper Vicarius Apostolicus opportunam facultatem elargiri intelligat ad suscipiendas Fidelium Confessiones, qui ditione sua continentur: absoluta penitus hac ratione controversia omnis iudicari deberet. Cæterum Confessarii manus Regularibus deleri potest sine temporis determinatione, vel cum limitatione: quod luculentè constat tum ex Brevis a Summo Pontifice Urbano VIII. dato Cardinali de Sandoval anno 1639. infero a Cabasatio in Theoria, & Praxi Juris Canonici lib. 1. c. 10. n. 13. tum ex recentia Constitutione Clementis X. Superna, ad §. 4. Porro hujusmodi facultates ad præfixitum tempus collatas, post elapsam temporis inter-

Verum factas an- dendi Confessiones a Vicariis Apostolicis obtinenda. Sed cum eadem, & in- dicitur, & cum præfinitio temporis dari possit. F 2 val.

Materie charitatis studium in primis expolitum Apostolicum Ministerium

Dissidiorum causas coarctantur Font. Congreg. de Propag. Fide. ac denique statuit, ut infra.

ANNO 1753.

qui potest ad examen vocari

Anglicanis tam Missionariis, quam Regularibus, in quibus versantur, ut in Angliam ad obeundas Missiones se conferant, ne dubietas admissionis ad Confessiones audiendas in subeundo examine, ubi sumum est eorum Monasterium, re- xaminentur.

Verum factas an- dendi Confessiones a Vicariis Apostolicis obtinenda.

Sed cum eadem, & in- dicitur, & cum præfinitio temporis dari possit.